

Quia etiam dicitur: Deus nouit cogitationes hominum
 quoniam uanesunt. Et iterum dicitur: Intellexit
 cogitationes meas a longe; quia cogitatio
 hominis est breuis tibi. Nam ut solitas sit. cir-
 ca cogitationes suas pueras. dicat semper
 ualidus frater in corde suo; Tunc ero immaculatus
 coraco. si obserua uero me ab iniquitate mea
 uoluntate et propria ita facere prohibem. et dicit scrip-
 tura nobis. et a uoluntatibus tuis auertere. et iterum.
 rogamus dominum in oratione. ut fiat uoluntas illius
 in nobis. Docemur enim quod merito malum non facere
 uoluntate. cum caueamus illud quod dicit sancta scriptura.
 Sunt uiae quae putantur ab hominibus; rectae. quoniam
 finis usque ad profundum inferni dimergit.
 Et tunc caueamus illud quod de negligentibus dicitur.
 Corrupti sunt. et abominabiles facti sunt in uo-
 luptatibus suis; In desiderio uero carnis. ita nobis
 dominum credamus semper. esse praesentem. cum dicit propheta
 domino. Ante te est. omne desiderium meum. Cauen-
 dum est ergo idem malum desiderium. quod mors secus
 et in uicium delectationis prostrata est.